

## **Modvs Frvctvose Celebrandi Missam**

**Giustinelli, Pietro  
Belli, Domenico**

**München, 1649**

Oratio ad B. Virginem.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55294](#)

*Celebrandi Missam.* 79

*mīna, &c. vel sequentem D.  
Bernardi orationem.*

*Oratio ad B. Virginem.*

**P**ER te accessum habeamus  
ad Filium, ô benedicta In-  
uentrix gratiæ, Genitrix vitæ,  
Mater salutis, ut per te nos su-  
scipiat, qui per te datus est no-  
bis. Excuset apud ipsum in-  
tegritas tua culpā nostræ cor-  
ruptionis: & humilitas Deo  
grata nostrę veniam impetreret  
vanitati: copiosa charitas tua  
nostrorum operiat multitudi-  
nem peccatorum: & fœcun-  
ditas gloria, fœcunditatē  
nobis conferat meritorū. Dó-  
mina nostra, Mediatrix no-  
stra, Aduocata nostra, tuo Fi-

F 14. lio.

lio nos reconcilia, tuo Filio  
nos commenda, tuo Filio nos  
repræsenta. Fac, Ô benedicta,  
per gratiam quā inuenisti; per  
prærogatiuam, quam merui-  
sti; per misericordiam, quam  
peperisti; ut qui, te mediante,  
fieri dignatus est particeps in-  
firmitatis, & miseriae nostræ,  
ve quoque intercedente, parti-  
cipes faciat nos gloriae, & bea-  
titudinis suæ, Iesus Christus  
filius tuus Dominus noster  
qui est super omnia Deus be-  
neditus in sæcula, Amen.

Postea recommendabis te  
pariter omnibus Angelis &  
cunctis cœli incolis, præsertim  
vero Patronis, seu tutelaribus  
Sanctis, submissè illorum im-  
plorando auxilium, quo di-  
gæ

*Celebrandi Missam.* 91

gnè tantum tamq; augustum  
Deo possis offerre Sacrificiū,  
dicendo;

*Oratio ad omnes Angelos, &  
Sanctos.*

**A**ngeli, Archangeli, Thro-  
ni, Dominationes, Prin-  
cipatus, Potestates, Virtutes  
cælorum, Cherubim, atq; Se-  
raphim: omnes Sancti, & San-  
ctæ Dei, & præsertim patroni  
mei, intercedere dignemini  
pro me, ut hoc Sacrificiū Deo  
omnipotenti dignè valeam  
offerre, ad laudem, & gloriam  
nominis sui, & ad utilitatem  
meam, totiusque Ecclesiæ suæ  
sanctæ, Amen.

*Dicitis hisce vel similibus*